University of Dayton
eCommons

Rare Books University Libraries

1503

Heures a l'usage de Rouen

Catholic Church

Follow this and additional works at: https://ecommons.udayton.edu/ul_rare_books

Recommended Citation
Catholic Church, "Heures a l'usage de Rouen" (1503). *Rare Books*. 7.
https://ecommons.udayton.edu/ul_rare_books/7

This Book is brought to you for free and open access by the University Libraries at eCommons. It has been accepted for inclusion in Rare Books by an authorized administrator of eCommons. For more information, please contact frice1@udayton.edu, mschlangen1@udayton.edu.

CHAMBOLLE-DURU

Calendar 1503-28

? Simon Vostre

Bound by Chambolle Duru

Roman Service Book

Sea page Copper Trees of Jesse





Benedictio dei patris cum angelis suis sit sup me amen. Benedictō iesu christi cum angelis suis sit sup me amē. Benedictō sāctemarie cum filio suo sit sup me amē. Nam et si ambulauero i medio umbre mortis nō timebo mala quoniā tu mecū es. Nam si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me et sup irā inimicorū meorū extendisti manum tuam: et saluū me fecit dextera tua. Amen.

Almanach pour ·xviii. ans.

Annus a natiuitate.	Brandones	Pascha	Nũs aure⁹	Aduẽt⁹	Lra dñical.	Bisextus.
v centum.iij.	v marcij	xvi aprilis	iij	iij decembris	A	
v centum.iij.	xxv febru.	vij aprilis	iiij	i decembris	F	S
v centum.v.	ix febru.	xxiij mar.	v	xxx nouem.	E	
v centũ vi.	i marcij	xij aprilis	vi	xxix nouem.	D	
v centũ vij.	xxi febru.	iiij aprilis	vij	xxviij nouem	C	
v centũ viij.	xij marcij	xxij aprilis	viij	iij decembris	A	B
v centum ix.	xxv febru.	viij aprilis.	ix	ii decembris.	G	
v centum x.	xvij febru.	xxx mar.	x	i decembris	F	
v centum xi.	ix marcij	xx aprilis	xi	xxx nouem.	E	
v centum xij.	xxviij feb.	xi aprilis	xij	xxviii nouẽ.	C	D
v centũ xiij	xiij febru.	xxvj mar.	xiij	xxvij nouẽ.	B	
v centũ.xiiij.	v marcij	xvi aprilis	xiiij	iij decemb.	A	
v centũ.xv.	xxv febru.	viij aprilis	xv	ii decemb.	G	
v centũ.xvi.	x febru.	xxij mar.	xvi	xxx nouẽ.	E	F
v centũ.xvij.	i marcij	xij aprilis	xvij	xxix nouem.	D	
v centũ.xviij.	xxi febru.	iiij aprilis	xviij	xxviij nouẽ	C	
v centũ.xix.	xiij mar.	xxiij aprilis	xix	xxvij nouẽ	B	
v centum.xx.	xxv febru.	vij aprilis	i	ij decembris	A	S

Qui veult scauoir les Brãdõs: Pasques: Le nombre dor: La lettre dominicale: & le bysexte depuis lan .v. cẽs & .iii. iusques a lan .v. cens & .xx. inclusiuement: Regarde en ceste figure a la ligne dicelle date: & il y trouuera les choses dictes dessus.

Les lunes sont cõmunemẽt nouuelles chascũ moys au cinquiesme iour deuãt le nõbre dor qui court pour lãnee.

Si quis scire voluerit Brandones. Pascha. Numerum aureum. Litteram dominicalem. et Bisextum: ab anno quingentesimotertio vsqz ad annũ quingẽtesimũ vigesimum inclusive: aspiciat ĩ hac figura lineã illius anni currentis: et ibi inueniet supradicta.

Januarius habet dies.xxxi.
Luna.xxx.

iii	a Circũ.dñi	vii	c anthonii
	b oct.stepha.		d prisce vgis
vi	c oct.iohis	xv	e
	d oct.ino.	iiii	f fabiani ⁊ se.
vix	e		g agnetis v.
viii	f Epp.dñi.	xii	a Vincentii.
	g	i	b
xvi	a		c
v	b	ix	d cõuer.pau.
	c guillermi		e
xiii	d	xvii	f iuliani epi.
ii	e	vi	g agnetis.ii.
	f hylarii epi		a
x	g	xiiii	b Valerii.
	a mauri ab.	iii	c
xviii	b marcelli		

En ian uier que les roys se nus sont
Glau me dit fre miy mor font.
An thoiy boit le iour biu cent fois.
Po lus ey sont tous ses dois.

Februarius habet dies. xxviii.
Luna.xxix.

	d seuerini	vii	d faustini.
vi	e Puri.ma.		e iuliane vir.
vix	f blasii epi	xv	f
viii	g	iiii	g
	a agathe v.		a
xvi	b	xii	b
v	c	i	c
	d		d Cathe. pet
xiii	e apollonie	ix	e Vigilia.
ii	f		f Mathie.
	g	xvii	g
x	a	vi	a
	b		b
iii	c Valentini	xiiii	c

Au chan de lier a ga the beut
Mais le biy si fort les meut
Quil tu a pres dauss si
Pier res ma thi as auss si.

Martius habet dies.xxxi.
Luna.xxx.

iii	d albini epi	vii	f agricole
	e		g
vi	f	xv	a
	g	iiii	b
viv	a		c benedicti
viii	b	vii	d
	c perpetue	i	e perpe
xvi	d		f
v	e	iv	g Annũ. do.
	f		a
viii	g	xvii	b resurre.dñi
ii	a gregorii	vi	c
	b		d
v	c	viiii	e
	d	iii	f
xviii	e		

Au bin dit que mars est vril leuy
C'est mon fait gre goir il est feuy
Et tout prest de don ner des eauy
Ma ri e dit il est cauy.

Aprilis habet dies.xxx.
Luna.xxiv.

	g		a
vi	a	xv	b
	b	iiii	c
viv	c Ambrosii		d
viii	d	vii	e
xvi	e	i	f
v	f		g
	g	iv	a Georgii.
viii	a hugonis		b
ii	b	xvii	c Marci.
	c	vi	d
v	d		e
	e	viiii	f
xviii	f tyburcii	iii	g Petri mar.
vii	g		a eutropii

En a uril am broi se sen vint
Droit a le on se tint
En son temps estoit en bal le
Ge or ge mar chant de go bal le.

Mayus habet dies.xxxi.
Luna.xxx.

xi	b Phil.⁊ ia.	xb	d
	c	iiii	e
xix	d Inuē.cru.		f potentiane
viii	e	xii	g
	f audoeni	i	a
xvi	g Joh.qñ por.l.		b
v	a	ix	c desiderii.
	b		d
xiii	c trās.s.nico.	xvii	e vrbani
ii	d gēgulphi	vi	f
	e pancracii		g
x	f victoris	xiiii	a germani
	g	iii	b
xviii	a		c
vii	b	xi	d petronille.
	c		

Ja ques croix dit que ie hay est moy.
Ni co las dit il est vray
Hon no rez sont sa ges et sotz
Car mes au gu stins ⁊ bi gotz.

Junius habet dies.xxx.
Luna.xxix.

	e nicomedis	iiii	f cirici ⁊ iul'.
xix	f		g trās.s.rom̄.
viii	g	xii	a
xvi	a	i	b Gerusasii.
v	b		c
	c claudii	ix	d
xiii	d		e albini mar.
ii	e gothardi	xvii	f Vigilia.
	f	vi	g Natiui. io.
x	g		a eligii epi.
	a Barnabe	xiiii	b ioh.⁊ pauli
xviii	b vrsini	iii	c
vii	c		d Vigilia
	d	xi	e Petri ⁊ pau
xv	e	xix	f cōme.pauli

En iuing a lon bien sou uent
Grant soif ou bar na be ment
En son temps fut prins com ler res
Damp ie hay e lop et damp pier res.

Julius habet dies.xxxi.
Luna.xxx.

	g		b
viii	a	vii	c
	b marcialis	i	d
vi	c trās.martini		e margarete
v	d	ix	f victoris
	e		g Ma.mag.
viii	f	xvii	a
ii	g euodi	vi	b cristine vg.
	a		c Jacobi apli
x	b septē fra.	xiiii	d Anne.
	c trās.bndi.	iii	e
xviii	d		f sansonis.
vii	e	xi	g lupi
	f	xix	a marthevg.
xv	g		b germani.
iiii	a cipriani.		

En iuil let mar tin se com bat
Et du be noi tier saint vast bat
La sur vint mar guet mag de lein
Jac mar dor an ne et germain.

Augustus habet dies.xxxi.
Luna.xxx.

viii	c Dicula pe.	i	e
xvi	d stepha.pa.		f agapiti
v	e Jnuē.ste.	ix	g bernardi.
	f dominici		a philiberti.
viii	g ma.de ni.	xvii	b
ii	a trāsfi.dñi	vi	c thimothei
	b victricii		d
x	c	xiiii	e Bartholo.
	d romani	iii	f audoeni
xviii	e Laurentii		g ludouici
vii	f taurini epi	xi	a viuiani.
	g clare vgis	xix	b augustini
xv	a ypoliti mr.		c Decol. ioh.
iiii	b Digilia.	viii	d fiacrii
	c Assūp.ma.		e
vii	d arnulphi		

Pier res et os on get toit
A pres lau rens qui biu loit
Ma ri e lors se print a brai re
Bar the le my fait iehan tai re.

September habet dies.xxx.
Luna.xxix.

xvi	f egidii ab.	i	g eufemie.
v	g		a lamberti
	a	ix	b
viii	b marcelli		c
ii	c	xvii	d Vigilia.
	d	vi	e Mathei.
x	e		f mauricii
	f Nat.marie	viiii	g
xviii	g gorgonii	iii	a
vii	a		b firmini
	b	xi	c
xv	c	xix	d cosme ⁊ da.
iiii	d maurilii		e
	e Exal.cru.	viii	f Michaelis
xii	f nichomedis		g hieronymi

Si les a ce que ie vois
Ma rie toy se tu me crois
Et pri e des nop ces ma thieu
Son filz fre min cos me mi cheu.

October habet dies.xxxi.
Luna.xxx.

xvi	a remigii	ix	c
v	b		d Luce euāg.
viii	c	xvii	e iustini
ii	d frācisci cō.	vi	f
	e		g
x	f fidis vgis	viiii	a melloni
	g	iii	b Romani
xviii	a		c
vii	b Dionysii	xi	d crispi. ⁊ cri.
	c	xix	e
xv	d		f Vigilia.
iiii	e	viii	g Simo. ⁊ iu.
	f edouardi.		a
xii	g	xvi	b oc. romani
i	a leonardi	v	c quintini.
	b		

Re mis sont fran cois en vi gueur
De nis ney est pas bien as seur
Car luc est pri son nier a hay
Tres pin et sy mon a quen.

Nouember habet dies.xxx.
Luna.xxix.

	d Diz sctōr	ix	e
viii	e Cō.aiax		f
ii	f eustachii	vii	g
	g	vi	a
v	a		b eadmundi.
	b leonardi.	viiii	c
viii	c	iii	d Cecilie v.
vii	d iiii.coron.		e Clemētis.
	e theodori	vi	f
v	f gaciani epi	xix	g Katherine
iiii	g Martini		a lini pape.
	a	viii	b
vii	b brictii		c
i	c	vi	d saturnini.
	d	v	e Andree ap.

Saines mors sont les gens bien eu rez
Com dit mar tin du bi ez
Aus si fait por rus de mil lan
Clement Ka the rin et sat an.

December habet dies.xxxi.
Luna.xxx.

	f eligii epi	vii	a
viii	g	vi	b
ii	a		c
v	b Barbare.	viiii	d Vigilia
	c	iii	e Thome.
viii	d Nicolai epi		f
vii	e	vi	g
	f Cōce.ma.	xix	a Vigilia
v	g		b Nat.dñi.
iiii	a	viii	c Stephani.
	b		d Johānis
vii	c	vi	e Sctōr ino.
i	d Lucie vg.	v	f Tho. arch.
	e		g Disini.
ix	f	viii	a siluestri.
	g O sapientia.		

Eloy fait barb a col lart
Mari e cri e lu ce art
Donc en grant i re Tho mas meut
De No e Jehan In no cens fut.

Initium sancti euangelii secūdum Johannem. Gloria tibi domine.

In principio erat verbum et verbum erat apud deum: ¶ deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deū. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nichil. Quod factum est in ipso vita erat et vita erat lux hominū. ¶ lux in tenebris lucet: et tenebre eam non comprehēderūt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohānes. Hic venit in testimoniū vt testimoniū perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū. In mundo erat et mundus per ipsum factus est: ¶ mundus eum non cognouit. In propria venit: et sui eum non receperunt. Quotquot autē receperūt eum dedit eis potestatē filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius: qui non

Baptizatus autem iesus confestim ascendit de

aqua: et ecce aperti sunt celi et vidit spi. Mat. iii.

Abscōderunt palmitem cū vua sua: quem portauerunt. Nūe. xiij.

Tulerunt illũ in hierusalem vt sisterent eum dño

Sicut scriptuz est in lege domini. Luce secundo

ex sanguinibus: neqz ex voluntate carnis neqz ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum cato factuz est: ⁊ habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre. Plenum gratie et veritatis. Deo gratias. ãn. Te inuocamus te adoramus: te laudamus: te glorificamus o beata trinitas. vsq̃. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc et vsqz in seculum. ℣. Oratio. Protector in te sperantium deus sine quo nichil est validum nichil sanctum / multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia vt non amittamus eterna. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Sequentia sancti euangelii secundum Lucam. Gloria tibi domine.

In illo tempore: Missus est gabriel angelus a deo in ciuitatẽ galilee cui nomen nazareth ad virginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph de domo dauid: et nomẽ virginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena dominus tecũ: benedicta tu in mulieribus. Que cuz audisset turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud dominum. Ecce concipies in vtero ⁊ paries filiũ: ⁊ vocabis nomẽ eius iesum Hic erit magnꝰ: ⁊ filius altissimi vocabit̃. Et dabit illi dominꝰ deus sedẽ dauid patris eiꝰ: et regnabit in domo

Et accedēs tentator dixit ei. Si filius dei es: dic

Vriapides isti panes fiant. Matthei .iiij.

iacob ineternum: et regni eius nō erit finis. Dixit autē maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco? Et respōdens angelus dixit ei. Spiritussanctus superueniet in te: & virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; et quod nascetur ex te sanctū: vocabit̄ filij dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est septim illi que vocat̄ sterilis: qr nō erit īpossibile apud deū omne verbū. Dixit autē maria. Ecce ancilla dñi: fiat michi secūdum verbum tuum. Deo gratias.

Scōm matheum. Gloria tibi domine.

In illo tempore. Cum natus esset iesus in bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt hierosolymā dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente: et venimus cum muneribus adorare eum. Audiēs autem herodes rex turbatus est: et omis hierosolyma cum illo. Et congregās omēs principes sacerdotum & scribas populi: sciscitabatur ab eis vbi christus nasceretur. At illi dixerūt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda nequaq̄ minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittens eos in bethleem dixit. Ite et interrogate diligenter de puero: et cum inueneritis renunciate michi vt et ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem: abierunt. Et ecce stella quam viderant in orien

Vidit mulier q̄ bonū esset lignū ad vescēdū ꝛc. Geh. iii.

te antecedebat eos: vsqz dum veniens
staret supra vbi erat puer. Videntes au
tem stellam magi: gauisi sunt gaudio
magno valde. Et intrantes domum
inuenerunt puerum cum maria ma=
tre eius. Et procidentes adorauerunt
eum. Et apertis thesauris suis obtu=
lerunt ei munera: aurū, thus, et myr
ram. Et responso accepto in somnis
ne redirent ad herodem: per aliā viam
reuersi sunt in regionem suam. Deo
gratias.

Sequentia sancti euangelii secun
dum Marcū. Gloria tibi domine.

In illo tempore.
Recumbentibus
vndecim discipulis ap
paruit illis iesus ⁊ ex=
probrauit incredulita=
tem illorum et duriciā
cordis: quia his qui vi
derant eum resurrexisse non crediderant. Et dixit eis. Euntes in mun=
dum vniuersum: predicate euangeli=
um omni creature. Qui crediderit et
baptisatus fuerit: saluus erit. Qui ve
ro non crediderit: condemnabitur. Si=
gna autem eos qui crediderint: hec se=
quētur. In nomine meo demonia eii=
cient: linguis loquentur nouis: serpen
tes tollent: et si mortiferum quid bibe
rint non eis nocebit. Super egros ma
nus imponent: et bene habebunt. Et
dominus quidem iesus postq̄ locu=
tus est eis: assumptus est in celum et
sedet a deytris dei. Illi autem profecti
predicauerunt vbiqz domino cooperā
te et sermonem confirmante: sequenti
bus signis. Deo gratias.

Passio domini nostri iesu christi secundum Johannem.

Egressus est dominus ie/sus cū discipulis suis trās torrentem cedron vbi erat hortus: in quem introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autē et iudas qui tradebat eum locū: quia frequenter ie sus conuenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset co/hortē ⁊ a pontificibus et phariseis mi nistros: venit illuc cum laternis et fa cibus et armis. Jesus itaqz sciēs om nia q̄ ventura erant super eum: pro/cessit et dixit eis. Quem queritis? Re sponderunt ei. Jesum nazarenū. Di/xit eis iesus. Ego sum. Stabat autez et iudas qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis ego sum, abierūt re/trorsum ⁊ ceciderunt in terram. Iterū ergo interrogauit eos. Quem queri/tis? Illi autē dixerunt. Jesum naza/renum. Respondit iesus. Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me queritis si=

Quēcūqz osculs tus fuero ipse est tenete eum et du

cite caute. Et cū venisset Marci rūū capitulo.

Ad duxit eum ioab ad medium porte vt loqrek ei. ij. Re. iij.

Accepta aqua la uit manus coram populo dicens

Innocēs ego sū a sanguine. Mathei. xxvij.

nite hos abire. Vt impleretur sermo quem dixit. Quia quos dedisti michi non perdidi ex eis quenq̄. Symon ergo petrus habens gladiū eduxit euz et percussit pontificis seruum et abscidit auriculā eius dextram. Erat autem nomen seruo malchus. Dixit ergo iesus petro. Mitte gladiuz tuum in vaginam. Calicē quem dedit michi pater non vis vt bibā illum? Cohors ergo et tribunus et ministri iudeorum comprehenderunt iesum et ligauerunt eū: et adduxerunt eū ad annam primū. Erat enim socer cayphe qui erat pōtifex anni illius. Erat autem cayphas qui consiliū dederat iudeis: quia expedit vnū hominē mori pro populo. Sequebatur autez iesum symon petrus ⁊ alius discipulus. Discipulus autē ille erat notus pontifici: et introiuit cū iesu in atriū pontificis. Petrus autē stabat ad ostiū foris

Misitq̄ ie sabel nuncū ad heliaz dicēs hec mi. ac iij. Re. xix

Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici: et dixit ostiarie et introduxit petrū. Dixit ergo petro ancilla ostiaria. Nunquid et tu ex discipulis es hominis istius? Dixit ille. Non sum. Stabant autē serui et ministri ad prunas: quia frigus erat et calefaciebant se. Erat autē cuz eis et petrus stans et calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis suis ⁊ de doctrina eius. Respōdens iesus dixit. Ego palā locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga ⁊ in templo quo omnes iudei conueniūt et in occulto locutus sum nichil: quid me interrogas? Interroga eos qui audierūt quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt q̄ dixerim ego. Hec autē cū dixisset vnus assistēs ministrorum dedit alapā iesu dicēs. Sic respōdes pontifici? Respōdit iesus. Si male locutus sum testimoniū perhibe de

Postq̄ venerūt in locū qui vocatur caluarie: ibi

crucifixerūt euz. Luce. xxiij. capitulo.

Tubalcain fuit malleator et faber in cuncta opera eris. Ge. 4

Unus militū lancea latus eius aperuit et protinus exi

uit sanguis et aqua. ꝛc. Johannis .xix.

malo: si autem bene / quid me cedis? Et misit eum annas ligatū ad caypham pōtificem. Erat autem symon petrus stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Nunquid et tu ex discipulis eius es? Negauit ille / & dixit. Non sum. Dixit ei vnus ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidit petrus auriculā. Nōne ego te vidi in horto cum illo? Iterum negauit petrus: et statim gallus cantauit. Adducunt ergo iesuz a caypha in pretoriū. Erat autē mane et ipsi nō introierūt in pretoriū: vt nō cōtaminarētur sed manducarēt pascha. Exiuit ergo pylat ad eos foras & dixit. Quā accusationem affertis aduersus hominē hūc? Respōderunt et dixerunt. Si nō esset hic malefactor: nō tibi tradidissemus eū. Dixit ergo eis pylat. Accipite eū vos: et scdm legem vestram iudicate eum. Dixerūt ergo ei iudei. Nobis nō

Tulit vnā de costis eius et replevit carnem pro ea. Genesis .ij.

licet interficere quemq̄. Vt sermo iesu impleretur quē dixit significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in pretoriū pylatus: et vocauit iesum et dixit ei. Tu es rex iudeorum? Respondit ei iesus. A temetipso hoc dicis: an alii tibi dixerunt de me? Respōdit pylatus. Nunquid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te michi. Quid fecisti? Respondit iesus. Regnum meuz non est de hoc mundo: si ex hoc mūdo esset regnum meuz ministri mei vtiqz decertarent vt non traderer iudeis. Nūc autem regnum meū non est hinc. Dixit itaqz ei pylatus. Ergo rex es tu? Respondit iesus. Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in munduz: vt testimonium perhibeā veritati. Omnis qui est ex veritate: audit vocem meaz. Dixit ei pylatus. Quid est veritas? Et cū hoc

Et baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicit

caluarie locum. hebraice golgota. Johan.xix.

Tulit ergo ligna holocausti: et imposuit sup ysaac Gene. xxij

Multi vestimenta sua straverũt in via Alii autẽ

frõdes cedebãt de arboribus. Marci.xi.

dixisset iterum exiuit ad iudeos: et dixit eis. Ego nullaz inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis: vt vnũ dimittam vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem iudeorum? Clamauerunt rursum: omnes dicẽtes. Non hunc: sed barrabã. Erat autẽ barrabas latro. Tunc ergo apprehendit pylatus iesum: et flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius: & vestem purpuream circundederunt eũ & veniebant ad eum et dicebant. Aue rex iudeorum? Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pylatus foras: et dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras vt cognoscatis: quia in eo nullam causam inuenio. Exiuit ergo iesus portans coronam spineam et purpureũ vestimentum: et dixit eis. Ecce homo. Cũ ergo vidissent eum pontifices et ministri clamabãt dicẽtes. Crucifige cru-

Uenietes i occursuz adorauerũt helisem .pmi. iiij. Re. ij.

Angelus domini descendit de celo et

accedens reuoluit lapidem. ꝛc. Mathei. xxviii.

cifige eum. Dixit eis pylatus. Accipite eum vos et crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei iudei. Nos legem habemus: et secunduz legem debet mori: quia filiũ dei se fecit. Cum ergo audisset pylatus hunc sermonem / magis timuit. Et ingressus est pretorium iterum: et dixit ad iesum. Vnde es tu? Jesus autem responsum non dedit ei. Dixit ergo ei pylatus. Michi non loqueris? Nescis quia potestatẽ habeo crucifigere te: et potestatem habeo dimittere te? Respondit iesus. Non haberes potestatẽ aduersuz me vllã: nisi tibi datum esset desuper. propterea qui tradidit me tibi: maius peccatũ habet. Et exinde querebat pylatꝰ dimittere eũ. Judei autem clamabant dicentes. Si hũc dimittis: non es amicus cesaris. Omnis enim qui se regem facit: contradicit cesari. Pylatus ergo cum au-

Sãson apprehendit ãbas portẽ fores cũ postibꝰ suis. Ju. vi.

Voce magna clamauit. Lazare veni foras et sta

tinpro dijt qui fuerat mortuus. Joh. xi.

disset hos sermones adduxit iesum foras & sedit pro tribunali in loco qui dicitur licostratos: hebraice autem gabatha. Erat autem parasceue paschae hora quasi sexta. Et dixit iudeis: ecce rex vester. Illi autē clamabant. Tolle tolle crucifige eum. Dixit eis pylatus. Regem vestrum crucifigam? Responderūt pontifices. Non habemus regem: nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis illum: vt crucifigeretur. Susceperunt autem iesum et eduxerunt: et baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur caluarie locū: hebraice autem golgotha vbi eum crucifixerunt. Et cum eo alios duos hinc et hinc: medium autem iesum. Scripsit autem et titulum pylatus: et posuit super crucem. Erat autem scriptum. Jesus nazarenus rex iudeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est iesus. Et erat scriptum hebraice, grece, & latine. Dicebant ergo pylato pontifices iudeorū. Noli scribere rex iudeorum: sed quia ipse dixit rex sum iudeorū. Respondit pylatus. Quod scripsi scripsi. Milites ergo cū crucifixissent eū acceperunt vestimēta eius et fecerunt quattuor partes: vnicuiq; militi partē et tunicā. Erat autē tunica inconsutilis desuper contexta per totū. Dixerunt ergo adinuicem. Non scindamus eam sed sortiamur de illa cuius sit: vt scriptura impleretur dicēs. Partiti sunt vestimenta mea sibi: et in vestē meā miserunt sortem. Et milites quidē hec fecerunt Stabat autem iuxta crucē iesu mater eius: et soror matris eius maria cleophe et maria magdalene. Cū vidisset ergo iesus matrē & discipulū stantem quem diligebat dixit matri sue. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit di-

Fraudiuit vocem helie et reuersa est aia pueri. iij.re.xvij.

Posuit eū in monumento exciso in quo nondum

quisq; positus fuerat. Luce.xxiij. capitulo.

Nudauerūt eū tunica talari et polimita miserunt. Gene.xxxvij.

Unus militū lancea latus eiꝰ aperuit et ꝓtinuo exi

uit sanguis et aqua.rc. Johannis.xix.

scipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eā discipulus in suā. Postea sciens iesus quia iam omnia consummata sunt: vt ꝯsummaretur scriptura dixit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenū. Illi autem spongiā plenā aceto ysopo circūponētes obtulerunt ori eius. Cū ergo accepisset iesus acetum dixit. Cōsummatū est. Et inclinato capite tradidit spiritum Judei ergo quoniā parasceue erat vt non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerūt pylatū vt frangerentur eorū crura et tollerentur. Venerūt ergo milites et primi quidē fregerunt crura et alterius qui crucifixus est cū eo. Ad iesum autem cum venissent vt viderunt eū iam mortuum non fregerunt eius crura: sed vnus militū lancea latus eius aperuit: et ꝓtinuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit te

Tulit vnā de costis eiꝰ et repleuit carnem ꝑ ea. Genesis .ij.

stimonium perhibuit: et verum est testimoniū eius. Et ille scit quia vera dicit: vt et vos credatis. Facta sunt enim hec vt scriptura impleretur. Os non cōminuetis ex eo: et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quē trāsfixerunt. Post hec autē rogauit pylatum ioseph ab arimathia eo q̄ esset discipulus iesu: occultus autez ꝓpter metū iudeorum: vt tolleret corpus iesu. et permisit pylatus. Venit ergo et tulit corpus iesu. Venit autē ⁊ nichodemꝰ q̄ venerat ad iesum nocte primū ferēs mixturā mirre ⁊ aloes quasi libras centū. Acceperūt ergo corpꝰ iesu et ligauerūt eum lintheis cū aromatibus sicut mos iudeis ē sepelire. Erat autē in loco vbi crucifixꝰ est ortus: ⁊ in orto monumētū nouū in quo nondum quisq̄ positꝰ fuerat. Ibi ergo ꝓpt̄ parasceuē iudeorū q̄ iuxta erat monumentū: posuerūt iesū. Deo grās. Dx

Angelus domini descendit de celo et

accedens reuoluit lapidem. rc. Mathei. xxviii.

Sāson apprehendit ābas portē fores cū posthꝰ suis. Iu. vi.

Unus militū lancea latus eius aperuit et continuo exiuit sanguis et aqua.rc. Johannis.xix.

Deus qui manus tuas ⁊ pedes tuos ⁊ totum corpus tuum pro nobis peccatoribus in ligno crucis posuisti: et coronā spineam a iudeis in despectu tui sacratissimi nominis super caput tuū impositam sustinuisti: et quinq; vulnera pro nobis peccatoribus in ligno crucis passus fuisti: da nobis hodie et quotidie vsum penitentie ⁊ abstinentie/patientie/humilitatis/castitatis/lumen/sensum/et intellectum: et puram conscientiā vsq; in finem Jesu christe saluator mūdi. Qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit et regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Oratio deuotissima ad beatam virginem Mariam.

Tulitq; vna de costis eius et repleuit carnem pro ea. Genesis.ij.

Vbsecro te domina sancta maria mater dei pietate plenissima: summi regis filia: mater gloriosissima: mater orphanorū: consolatio desolatorū: via errantiū: salus omniū in te sperantium. Virgo ante partuz: virgo in partu: et virgo post partū. Fons misericordie: fons salutis et gratie: fons cōsolationis et indulgentie: fons pietatis et leticie. Per illam sanctā ineffabilem leticiaz qua exultauit spiritus tuus in illa hora quando tibi per gabrielē archangelū annunciatus ⁊ conceptus filius dei fuit. Et per illud diuinum mysteriū quod tunc operatus est spiritussanctus. Et per illā ineffabilem gratiaz: pietatem: misericordiā: amorem et humilitatem per quas filius tuus descendit accipere humanā

Baptizatus autem iesus confestim ascendit de aqua: et ecce aperti sunt ei celi et vidit spi. Mat.iij.

Abscōderunt palmitem cū vua sua: quem portauerunt. Nūe.xiij.

carnem in venerabilissimo vtero tuo. Et in quibus te respexit quando te cõmendauit sancto iohanni apostolo et euangelistę: et quando te exaltauit super choros angelorum. Et per illã sanctã ineffabilem humilitatẽ in qua tu respondisti archangelo gabrieli. Ecce ancilla domini: fiat michi secundum verbũ tuũ. Et p gloriosissima quindecim gaudia q̃ habuisti de filio tuo domino nostro iesu christo. Et per illam sanctã et maximã compassionem et acerbissimũ cordis dolorem quem habuisti quando filium tuũ dominũ nostrum iesum christũ ante crucem nudatum et in ipsa leuatum vidisti pendentem crucifixũ vulneratum sitientem fel apponi clamantem audisti et morientem vidisti. Et per quinq̃ vulnera filii tui: et per contractionẽ viscerum tuorũ pre nimio dolore vulnerum suorum. Et per dolorem quem habuisti quando vidisti eum vulnerari. Et per fontes sanguinis sui. et per omnẽ passionem eius. et per omnem dolorẽ cordis tui. ⁊ per fontes lachrymarum tuarum: vt cũ omnibus sanctis et electis dei venias et festines in auxilium et consilium meũ: in oĩbus orationib⁹ ⁊ requestis meis: et ĩ oĩbus angustiis ⁊ necessitatib⁹ meis. Et in oĩbus illis rebus in q̃bus ego fuz facturus / locuturus / aut cogitaturus oĩbus diebus ac noctib⁹ horis atqz momentis vite mee. Et michi famulo tuo impetres a dilecto filio tuo virtutũ oĩm cõplemẽtum cũ omni mia et ꝓsolatione: omni cõsilio ⁊ adiutorio: omni benedictione et sanctificatione: omni saluatione pace et prosperitate: omni gaudio et alacritate / etiã abundantiã oĩm bonorz spiritualium et corporaliũ. et gratiã sctĩ spũs qui me bene p oĩa disponat: animã meã custodiat: corpus meũ regat:

mentē erigat: mores componat: actus probet: vota ⁊ desideria mea perficiat: cogitationes sanctas instituat: preterita mala indulgeat: presentia emendet: et futura moderetur. Vitam honestam et honorabilem michi tribuat. fidem: spem: et caritatē: castitatē: humilitatem: et patientiam michi prestet. Quinqz sensus mei corporis regat et protegat. septē opera misericordie cōplere me faciat. duodecim articulos fidei: et decem precepta legis firmiter tenere et credere me faciat. ⁊ a septē peccatis criminalibus me liberet ⁊ defendat vsqz in finē. Et in nouissimis diebus meis ostende michi faciem tuā: ⁊ annuncies michi diem et horā obitus et mortis mee. Et hanc orationē supplicem suscipias audias et exaudias et vitam eternā michi tribuas. Audi et exaudi me dulcissima virgo maria mater dei et misericordie. Amen.

Alia oratio deuota ad beatam mariam / et sanctū iohannem euangelistam.

Intemerata et ineternū benedicta singularis atqz incōparabilis virgo dei genitrix maria: gratissimū dei templū: spiritussancti sacrarium: ianua regni celorum: per quā post deum totus viuit orbis terrarum. Inclina mater misericordie aures tue pietatis indignis supplicationibus meis. Et esto michi misertimo peccatori pia in oībus auxiliatrix. O iohannes beatissime christi familiaris amice q̄ ab eodem domino nostro iesu christo virgo es electus ⁊ inter ceteros magis dilectus atqz in mysteriis celestibus vltra omnes imbutus. Apostolus enim et euāgelista factus es preclarissim⁹.

Quēcūqz oscula tus fuero ipse est tenete eum et du

cite caute. Et cū venisset. Marci xiiij. capitulo.

Accepta aqua lauit manus coram populo dicens

Innocēs ego sū a sanguine. Mathei. xxvij.

Te etiam inuoco cum maria matre eiusdē saluatoris nostri: vt michi opē tuam cū ipsa cōferre dignetis. O due gemme celestes: maria et iohannes. O duo lumīaria diuinitus ante deū lucentia vestris radiis scelerum meorum effugate nubila. Vos enim estis illi duo in quibus deus pater per filiū suum spiritualiter edificauit sibi domum. Et in quibus ipse filius dei ob sincerissime virginitatis meritum dilectionis sue cōfirmauit priuilegium in cruce pendens vni vestrum ita dicens. Mulier ecce filius tuus. Deinde ad aliū. Ecce mater tua. In huius ergo tam sanctissimi amoris dulcedine qua tunc ore dominico velut mater et filius adinuicem estis coniuncti vobis duobus ego miserrimus peccator cōmendo hodie corpus et animam meam vt in omnibus horis atq; momentis interius et exterius firmi cu-

Misitq; ie sabel nuncū ad helias dicēs hec mi. re iij. Re. xix

stodes et pii apud deū intercessores michi existere dignemini. Credo enī firmiter et fateor indubitanter: quia velle vestrum velle dei est, et nolle vestrū nolle dei est. Vnde quicquid ab illo petitis: sine mora obtinetis. Per hanc ergo tam potentissimam vestre dignitatis virtutem poscite queso michi peccatori corporis et anime salutem. Agite queso agite vestris sacris orationibus: vt cor meum inuisere et inhabitare dignetur spiritus almus gratiarū largitor optimus: qui me a cunctis vitiorum sordibus expurget, virtutib⁹ sacris exornet. In dilectione dei et proximi mei perfecte stare et perseuerare me faciat. Et post huius vite cursum ad gaudia ducat electorum suorū benignissimus paraclytus. Qui cū patre et filio viuit et regnat de⁹. Per omnia secula seculorum. Amen.

Postq; venerit in locū qui vocatur calusrie: ibi

crucifixerūt eū. Luce. xxiij. capitulo.

Tubalcain fuit malleator et faber in cuncta opera eris. Ge. 4

Deuota contemplatio beate ma=
rie virginis iuxta crucem filii sui la=
chrymantis:et ad compassionem sal
uatoris singulos inuitantis.

STabat mater
dolorosa iuxta
crucē lachrymosa dum
pēdebat filius. Cuius
animā gementē contri
statam et dolētem per=
trāsiuit gladius. O q̄
tristis et afflicta fuit illa bn̄dicta ma
ter vnigeniti. Que merebat ⁊ dolebat
⁊ tremebat:cū videbat nati penas in=
clyti. Quis est homo q̄ non fleret xp̄i
matrem si videret in tanto supplicio?
Quis posset non cōtristari piam ma
trem cōtemplari dolentem cum filio?
Pro peccatis sue gētis vidit iesum in
tormentis et flagellis subditū. Vidit
suū dulcem natū morientem desola=
tum dū emisit spm̄. Eya mater fons

amoris: me sentire vim doloris: fac
vt tecū lugeā. Fac vt ardeat cor meū
in amando christū deum vt sibi com=
placeā. Sācta mater istud agas cru=
cifixi fige plagas cordi meo valide.
Tui nati vulnerati iā dignātis pro
me pati vim amoris iprime. Fac me
vere tecū flere crucifixo ꝓdolere donec
ego vixero. Juxta crucez tecū stare te
libēter sociare ī planctu desidero. Vir
go virginū preclara michi iam nō sis
amara fac me tecum plāgere. Fac vt
portem christi mortem passionis eius
sortem et plagas recolere. Fac me pla
gis vulnerari cruce hac inebriari ob
amorē filii. Inflammat⁹ et accensus
per te virgo sim defensus in die iudi=
cii. Fac me cruce custodiri morte chri
sti premuniri cōfoueri gratia. Quan
do corpus morietur fac vt anime do=
netur paradisi gloria. Amen. ℣. Tuā
ipsius animam doloris gladius per=

Tulit q̄q̄
ligna ho=
locaust:⁊
imposuit
sup ysaac
Gene. xxij

Et baiulans si=
bi crucem exiuit
in eum qui dicit

caluarie locum,
hebraice golgo=
ta. Johan. xix.

transibit. ℟. Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. ¶ Oremus.

Interueniat pro nobis q̃sumus dñe nũc ⁊ in hora mortis apud tuam clementiam beata Virgo maria mater tua: cuius sacratissimã aiam in hora tue passionis doloris gladius pertransiuit: per te iesu christe saluator mundi. Qui cum patre et spiritu sancto viuis ⁊ regnas deus ⁊c.

Multi restimenta sua straverũt in via Alij auteẽ

¶ De beata maria.

De cui⁹ cõceptio solenni plena gaudio: celestia terrestria noua replet leticia. Aue cuius natiuitas nostra fuit solennitas: vt lucifer lux oriens verum solem preueniens. Aue pia humilitas sine viro fecunditas: cuius annunciatio nostra fuit redemptio. Aue vera virginitas immaculata castitas: cuius purificatio nostra fuit purgatio. Aue preclara omnibus angelicis virtutibus: cuius

Frõdes cedebãt de arboribus. Marci. xi.

fuit assumptio nostra glorificatio. ℣. Ora pro nobis sanctissima dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur. ¶ Orõ.

Deus qui nos cõceptionis, natiuitatis, annũciationis, purificationis, ⁊ assumptiõis beate marie vginis gaudia recolendo letificas: cõcede nobis sic eius laudibus digne insistere et eam venerari et amare in terris: vt eã in omni necessitate ⁊ angustia precipue in hora mortis assistẽtem et auxiliatricẽ sentiamus, et tecum post mortẽ per ipsam et cum ipsa gaudere mereamur in celis. Per dominum nostrũ iesum christum ⁊c.

Dulce nomen domini nostri iesu christi et nomen gloriosissime virginis marie sit benedictum in secula seculorum. Amen.

Hore beate marie virginis scõm vsum Rothomagensem.

Partus & integritas discordes tempore longo.
Virginis in gremio federa pacis habent.

Dmine labia mea aperies. Et
os meum annuciabit laudē tu-
am. Deus i adiutorium meum

Unus militū lancea latus eiꝰ aperuit et ꝓtinuo exiuit sanguis et aqua.ꝛc. Johannis.xix.

intende. Domine ad adiuuandū me festina. Gloria patri et filio:ꝛ spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper:ꝛ in secula seculorum. Amen. Alleluya. Nota ꝙ alleluya dicitur a pascha vsqz ad septuagesimā. Et a septuagesima vsqz ad pascha dicitur Laus tibi domine rex eterne glorie. Inuitatorium. Aue maria gratia plena dominus tecū. Aue maria gratia plena. Psalmus. Venite exultemus dño iubilemus deo salutari nostro ꝓccupemus faciē eius in ꝯfessione:ꝛ ī psalmis iubilemus ei. Aue maria. Quoniā deus magnus dñs et rex magnꝰ super omes deos qm̄ non repellet dñs plebem suā:qꝝ in manu eius sunt oes fines terre:et altitudines montiū ipse cōspicit. Dñs tecum. Qm̄ ipsius est mare et ipse fecit illud et aridam fundauerunt manus eius venite adore/

Tulit vnā de costis eiꝰ et replevit carnem ꝓ ea. Genesis.ij.

mus ꝛ procidamus ante deum: plorem us coram dño qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster:nos autē populus eius et oues pascue eius. Aue maria. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto vbi tentauerūt me patres vestri: probauerunt et viderūt opera mea. Dominus tecum. Quadraginta annis proximus fui generationi huic ꝛ dixi semper hi errant corde:ipi vero non cognouerūt vias meas quibus iurauī in ira mea:si introibunt in requiem meam. Aue maria. Gloria patri et filio:et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc ꝛ semper:et in secula seculorum. Amen. Dominus tecum. Aue maria gratia plena dominus tecum. Hymnus. Omnem terra pōtus ethera colūt adorant predicant: trinā regen

Postq̄ venerūt in locū qui vocatur caluarie: ibi

crucifixerūt eum. Luce.xxiij.capitulo.

Tubalcain fuit malleator et faber in cuncta opera ert. Ge.4

Baptiza. ꝛc au-
ere n eius confe
tim ascendit de

aqua: et ecce ap
ti sunt ei celi ꝛ vi
dit spi. Mat. iii.

tem machinā claustrū marie baiulat
qui luna sol et oīa deseruiunt p tpa
ꝓfusa celi gratia gestāt puelle viscera
Beata mater munere cuius super-
nus artifex mundū pugillo cōtinens
vētris sub archa clausus est. Beata
celi nūcio fecunda sancto spiritu desi
deratus gentibus cuius per aluū fu-
sus est. Maria mater gratie mat mi
sericordie tu nos ab hoste ꝓtege et ho-
ra mortis suscipe. Gloria tibi domi-
ne qui natus es de virgine cū patre ꝛ
sctō spū in sempiterna secula. Amen.
ān. Benedicta tu. Psalmus.
Domīe dñs noster: quam admirabi
le est nomē tuū in vniuersa ter
ra. Quoniā eleuata est magnificen-
tia tua: super celos. Ex ore infantiū
et lactentiū perfecisti laudē ꝓpter ini
micos tuos: vt destruas inimicum et
vltorē. Quōm videbo celos tuos opera
digitorū tuorū: lunā et stellas que tu

Abscōde-
runt pal-
mitem cū
vua sua:
quem por
taverunt.
Ose. xiii.

fūdasti. Quid est homo q memor es
eius: aut filius hoīs qm visitas eum.
Minuisti eū paulominus ab ādelis
gloria ꝛ honore coronasti eū: ꝛ consti-
tuisti eum super opera manuū tuarū
Omnia subiecisti sub pedibus eius
oues et boues vniuersas: insup et pe-
cora cāpi. Volucres celi et pisces ma
ris: qui perambulāt semitas maris.
Domīe domin nostER: quam admirabile est
nomen tuū in vniuersa terra. Gloria
patri. ān. Benedicta tu in mulierib
et benedictus fructus ventris tui. ān.
Sicut mirra. Psalmus.
Celi enarrant gloriā dei: et ope
ra manuū eius annunciat fir
mamētum. Dies diei eructat verbū:
et nox nocti indicat scientiam. Non
sunt loquele neq sermones: quor nō
audiantur voces eorum. In omnez
terram exiuit sonus eor: ꝛ in fines or
bis terre verba eor. In sole posuit ta

Nudaue-
rūt eū tu-
nica tala-
ri et poli-
mita mise
rant. Ge-
ne. xxxvii.

Posuit eū in mo
numento excīso
in quo nondum

quisq posit fue
rat. Luce. xxij.
capitulo.

Accepta aqua lauit manus coram populo dicens

bernaculum suum: et ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo. Exul/tauit vt gigas ad currendã viã: a summo celo egressio eius. Et occursus eius vsq; ad sũmũ eius: nec est q̃ se abscondat a calore eius. Lex dñi immaculata cõuertẽs animas: testimonium dñi fidele sapientiã prestãs parvulis. Iusticie dñi recte letificantes corda: preceptũ dñi lucidũ illuminãs oculos. Timor dñi sanctus pmanet in seculũ seculi: iudicia dñi vera iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurũ et lapidẽ preciosum multũ: et dulciora sup mel et fauum. Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa. Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me: et ab alienis parce seruo tuo.

Innocẽs ego sũ a sanguine. Mathei. xxvij.

Si mei non fuerint dñati tunc ĩmaculatus ero: et emũdabor a delicto maximo. Et erunt vt cõplaceãt eloquia

Misitq; iesabel nuncũ ad heliaz dicẽs hec mi. ac iij. Re. xix

oris mei: et meditatio cordis mei in cõspectu tuo semper. Domine adiutor meus: et redemptor meus. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nũc et semp et in secula seculorũ amen. ãn. Sicut mirra electa odorẽ dedisti suauitatis sancta dei genitrix. ãn. Ante thorum.

Psalmus.

Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum: et super flumina preparauit eum. Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus et mundo corde qui non accepit in vano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a domino: et misericordiam a deo salutari suo. Hec est generatio q̃rentiũ eũ: querentiũ faciem dei iacob.

Tulit ergo ligna holocausti: et imposuit sup ysaac Gene. xxij

Et baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicit

Caluarie locum. hebraice golgota. Johan. xix.

Attollite portas principes vestras ⁊ eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie: dominus fortis et potens dominus potens in prelio. Attollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie: dominꝰ virtutū ipse est rex glorie. Gloria patri. ān. Ante thorum huiꝰ virginis frequentate nobis dulcia cātica dragmatis. ℣. Sancta dei genitrix virgo semper maria. ℟. Intercede pro nobis ad dominū deuz nostrum. Pater noster. Et ne nos. Sz libera. Jube dñe benedicere. Alma virgo virginum intercedat pro nobis ad dominum. Amen. Lectio prima.

Sancta maria virgo virginum mater et filia regis regum omnium: tuum nobis impende solatium vt celestis regni per te mereamur habere premiū ⁊ cum electis dei regnare

imperpetuū. Tu autem dñe miserere nostri. Deo gratias. ℟. Beata es virgo maria que dominū portasti creatorem mundi. Genuisti qui te fecit ⁊ in eternum permanes virgo. ℣. Aue maria gratia plena dominus tecū. Genuisti qui te ⁊c. Jube dñe benedicere. Det voce pia pro nobis virgo maria. Amen. Lectio secunda.

Sancta maria piarū piissima ī tercede pro nobis sanctarū sanctissima vt p te virgo gloriosa sumat nostra pcamina q̄ p nobis ex te natꝰ regnat super ethera vt sua caritate nostra deleātur peccamina. Tu autem domine miserere nostri. Deo gratias. ℟. Sancta ⁊ immaculata virginitas quibꝰ te laudibꝰ efferā nescio. Quia quem celi capere nō poterant tuo gremio cōtulisti. ℣. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Quia quem celi. Jube domine be

Tulerunt illū in hierusalem vt sisterent eum dño

sicut scriptuz est in lege domini. Luce secundo

nedicere. Sancta dei genitrix sit no=
bis auxiliatrix. Amen. Lectio tertia.
Sancta dei genitrix que digne
meruisti cōcipere quem totus
orbis nequiuit comprehēdere tuo pio
interuentu culpas nostras abluē: Vt
perennis sedem glorie per te redempti
valeamus scandere: Vbi manes cū fi
lio tuo sine tempore. Tu autē. ℟. Fe=
lix namq; es sacra virgo maria et om
ni laude dignissima. Quia ex te ortus
est sol iusticie christus deus noster. ℣
Ora pro populo ĩterueni pro clero in=
tercede pro deuoto femineo sexu: sen=
tiant omnes tuum leuamen quicūq;
celebrant tuā cōmemorationē. Quia
ex te ortus est sol iusticie christus de⁹
noster. Gloria patri et filio et spiritui
sancto. Quia ex te ortus est sol.

Canticum sanctorum
ambrosii et augustini.

Te deum laudam⁹: te dñm ꝓfi

temur. Te eternum patrem: omnis
terra veneratur. Tibi omnes angeli: tibi ce
li et vniuerse potestates. Tibi cheru=
bin et seraphin: incessabili voce procla
mant. Sanctus, sanctus, sanctus
dñs de⁹ sabaoth. Pleni sunt celi et ter
ra: maiestatis glorie tue. Te gloriosus
apostolorum chorus. Te pphetarum: lau
dabilis numerus. Te martyrum candi=
datus: laudat exercitus. Te per orbem
terrarum: sancta cōfitetur ecclesia. Patrem
imense maiestatis. Venerandum tuum ve
rum: et vnicum filium. Sctm quoq; para=
clytum spm. Tu rex glorie xpe. Tu
patris sempiternus es filius. Tu ad li=
berandum suscepturus hominem: nō horrui
sti virginis vterum. Tu deuicto mortis
aculeo: aperuisti credentibus regna celorum
Tu ad dexteram dei sedes: in gloria
patris. Iudex crederis esse venturus.
Te ergo qsumus famulis tuis subue
ni: quos precioso sanguine redemisti.

Angelus do=
mini descen=
dit de celo et

accedens reuol
uit lapidem. ꝛc.
Mathei. xxviii.

Sāson ap
prehendit
abas por=
te forces cū
postibus su
is. Iu. vi.

Et accedēs tentator dixit ei. Si filius dei es: dic

vt lapides isti panes fiant. Mathei .iiij.

Eterna fac: cum sanctis tuis in gloria numerari. Saluum fac populuz tuū domine: et benedic hereditati tue. Et rege eos: ⁊ extolle illos vsqz in eternum. Per singulos dies: bēdicimus te. Et laudamus nomen tuū in seculum: ⁊ in seculum seculi. Dignare domine die isto: sine peccato nos custodire. Miserere nostri domīe: miserere nostri. Fiat misericordia tua domīe super nos: quēadmodum sperauimꝰ in te. In te domine speraui: non cōfundar in eternum. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

Ad laudes.

Uidit mulier q̄ bonū esset lignū ad vescēduz ꝛc. Gen. iij.

Deus in adiutoriū meū intēde. Domīe ad adiuuādū me festina. Gloria patri et filio. Sicut erat in ꝛc.

Multi vestimenta sua straverūt in via Alij autē

frōdes cedebāt de arboribus. Marci.xi.

ān. Assumpta est maria. Psalmus.

